

CREDO

Credo in unum Deum,

Patrem omnipotentem, factorem coeli et terrae,
visibilium omnium et invisibilium.

Et in unum Dominum Iesum Christum, filium
Dei unigenitum. Et ex Patre natum ante omnia
saecula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum
verum de Deo vero. Genitum, non factum,
consubstantialem Patri: per quem omnia facta
sunt. Qui propter nos homines, et propter
nostram salutem descendit de coelis. Et
incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria
Virgine: et homo factus est. Crucifixus etiam pro
nobis; sub Pontio Pilato passus, et sepultus est.
Et resurrexit tertia die, secundum Scripturas. Et
ascendit in coelum: sedet ad dexteram Patris. Et
iterum venturus est cum gloria iudicare vivos et
mortuos: cuius regni non erit finis.

Et in Spiritum Sanctum, Dominum et
vivificantem: qui ex Patre filioque procedit. Qui
cum Patre, et filio simul adoratur et
conglorificatur: qui locutus est per Prophetas.

Et unam, sanctam, catholicam et apostolicam
Ecclesiam.

Confiteor unum baptisma in remissionem
peccatorum.

Et exspecto resurrectionem mortuorum.

Et vitam ventura saeculi.

Amen.